

PERSPECTIVAE VITELLIONIS

unde etiā causa ipsorum nō est ad uisum facta reflexio, nō em̄ uident̄ per modū reflexiōis sed p̄ modū simplicis uisionis ut alia uisibilia quae uisui offeruntur, & à quolibet in eodē loco uidentur, sit itaq̄ colorum distinctio à figura corporis, qm̄ à qualibet alia cristallo uel corpore per uero alterius figuræ colores uarij apparent, q̄ secundum sitū colorū iridis non sunt distincti, & istius signum est quod si accipiatur cristallus exagona, & duo eius superficies cæra rubea uel alia tegantur, sic q̄ inter illas 2. tertia superficies maneat nō opaca, tunc & tribus alijs soli transeunti per foramen non magnum oppositī, si locus operationis non sit alias ualde lumiōsus, & aliquod nigrum supponitur, tunc uidebitur etiam ex cristallo modica iris maxia & pulcherrima & coloris clarissimi, quod fit ppter aggregationem totius luminis ab oībus superficiebus superioribus ad inferiores incidentis, quae ad locum uicinum unicum aggregantur. Si uero illæ superficies 3. quæ nūc soli fiunt oppositæ inferiores fiunt, & econuerso aliæ 3. superiores, tunc iris quandoq; una & quandoq; nulla apparebit, & qui ludum istum iocosum reuoluerit, inueniet quæ hic scripsimus plura quam per nos in tali solatio sunt inuenta, & si unam ex 6. superficiebus dictis experimentans opacauerit, ille similia p̄ resolutionē crystalli ad diuersos situs inueniet, & si crystallū oculo opposuerit, sic ut 3. non opacatae superficies ad oculū uertantur, & omnes 3. oculo oppositos illam cæram rubeam uidebit, & si reuoluerit cristallum coram oculo, plures occurrent diuersitates, quas generationibus colorum applicare q̄s poterit, semper considerans umbras & immixtionem, quoniam eadem est natura reflexionis formarum ad uisum, & luminis ad ea quibus incidit, non enim defert color uel forma uisibilis ad uisum, nisi per naturam lucis quæ est in ipso, poteritq; per experientiam his dictis multa addere diligens inquisitor, patet itaq̄ propositum.

LXXXIII.

**Sub uase uitreo rotundo pleno aqua soli exposito, colores similes iridis coloribus uidentur.**

Sit ut exponatur solitas uitreum rotundum ad modum urinalis plenum aqua pura, dico quod uerum est quod proponitur, uidentur enim in superficie corporis superpositi illi corpori, ut in terræ superficie uel in alia corpore colores similes iridis colorib⁹ quorum generatio est propter uarias luminis solis refractiones, ut enim patet per 4. hūsus, sit una refractio ab aere ad uitrum, & alia à uitro ad aerem subiectum, quorum refractionum anguli sunt diuersi, ut patet per 8. huius secundum hos itaq̄ refractionum modos cum admixtione coloris ipsorum corporum diafonorum & umbrarum projectarum à corporibus, lumen penetrat, & circulariter diffusum uel forte irregulariter secundum corporum diafonorum conuexas superficies uarias uisui præsentant colores distinctos secundum præmissas causas. Quod si uas illud extrinsecus aqua perfusum fuerit, pulchriores colores uisui præsentabit, quoniam tunc numerus refractionum aliquiter augetur, & similiter numerus umbrarum, non sunt autem hi colores uere colores iridis, quoniam numerantur alio colorum numero quam colores iridis, & non peruenient ad uisum per reflexionem quamcumq; colores iridis, sed uidentur directe, sicut & ipsum lumen & alijs colores, patet itaq̄ propositum.

LXXXV.

**Speculo quoquā sub aqua soli exposito figura solis uidebitur quasi duplicita.**